





PRECATIO DOMINICA IN SEA ptem portiones distributa per D. ERAA SMVM Rottrodamum.



POPUS RECENS AC MODO natum, or mox excusum.

Cum privilegio Cafarco.



# DES. ERASMVS ROTERODA/

mus Iodoco Ludouico Vuissenburgensi serenis. Poloniæ regis à secretis, co oratori S.D.



PERS

O N abs re multis iam seculis Mimo illi applauditur, uir absolutissime: Ro gando cogit, qui rogat potentior. Ver rum is haud scio, an in quenquam ma gis competat quam in te, qui tam eru

ditæ epistolæ, munus tā elegans addideris, ida; sic è lo ginquo missum, ut recusare non liceret, nisi uoluissem abijcere. Quid aut no dica à me, qui sum plus satis exe pugnabilis, sed à quantuuis etia diffiali, no extorque at talis epistola, tot machinis ad expugnandu animu in structa, blandicijs petax, argumētis urgens, eruditione perstringes, eloquetta rapiens: sed nulla re violentior, g mira quada & amabili modestia, que tantu apud me ualet, ut non jolum hanc rem o fadlem o piam, ue, rum ctiam aliquid iniquius impetrare potuerit . Mox igitur ut tue .uhi reddite funt litere, reddite funt au tem scrius, hoc est, sub Calendas Septembres, arrepto calamo præstiti quod uolebas. Erit hoc qualecumq; & nostræ amicitiæ, & meæ erga Poloniam, aut si prisco nocabulo magis caperis, Sarmatiam gentem, beneuo, lentiæ felix auspicium. Genti gratulor, quæ quum olim ob barbarie male audierit, nunc co literis, co legibus, o moribus, or religione, or si quid aliud est, quod à Barbariei probro uindicet, sic floreat, ut cum præci= puls

# ERASMI ROT. EPISTOLA.

puis ac laudatiffimis nationibus certare possit. Quan, quam or olim quum inter feros ac barbaros cenferen tur Sarmatæ, tamen à morum censore suuenale, integri tatis nomine pralati funt cultisimis Atheniesibus:neg; Sarmata, inquit, nec Thrax, qui sump sit pennas, me/ dijs sed natus Athenis. Ne comemorem interim ditio/ nis amplitudinem, Russos etiam albos, & Lituanos complectentis, quibus omnibus latissime imperat à Vi stula flumine ad Tauricam Cheronesum, à mari Ball thico ad Carpathum montem Sigifmundus rex, quum ommbus magno principe dignis dotibus excellens, tu multis ac magnis ex hoste Tartaro Moschog; relatis uictorijs clarus, quibus haud scio an ulla magis fuer rint necessaria tuendis Christiana ditionis limitibus. Verum hæc alias fortaffe tem pestiuius dicentur. Nunc accipe precationem dominiam, in septem parteis dige stam, ut or tu iubebas or ab alijs factitatu uideo:quan quam mihi due postreme: Et ne nos inducas in tentati, onem sed libera nos à malo: nihilo rectius uidentur distracta, quam si quis ex proxima: Et remite nobis debita nostra, sicut o nos remittimus debitoribus no stris: duas facere uelit. Quod si tua pietati parum erit septem diebus totam absoluere, potes, quod etia à mai ioribus uideo factum, singulos dies in septem precan, di tempora partiri. Bene uale. Basilea,nono Calend. Nouemb. An. M.D. XXIII.

Precatio

# Domine doce nos orare. Luc. xi.







# precatio dominica diGE/ fta in septem parteis, iuxta septem dies, per D. Erasmum Roterodamum.

Pater.



VDI pater in MINI, coelis habitans CO.

cœlis habitans
uota filioru tuo
ru,corpore qui,
de hoc mortali
adhuc in terris
hæretiu, cæteru
animis ad cæle,
sæm patriam ac
domum paterna
anhelantiu, ubi

intelligunt sibi repositum the saurum æternæ seliatutis, hæreditatem uitæ immortalis. Agnoscimus tuam sublimitatem, conditor, seruator, ac moderator omnium quæ in cœlis sunt, co quæ in terris: agnoscimus nostram humilitatem. Nec auderemus te patris uocabulo compellare, indigni qui serui dicamur tui: nec honorificentis simum nomen siliorum nobis uindicare, quo nec ange

los tuos dignatus es nisi tua gratuita bonitas nos in huius nominis honorem adoptaßet. Eramus serui pecs cati, infeliciter geniti ex Adam: eramus filij satanæ, cu ius spiritu ad omne flagitiorum genus agebamur. Sed tu nostri misertus per unigenitum filium tuum Iesum exemisti nos à servitute peaati:emancipasti à patre di abolo: umdicasti ab æterni ignis hæreditate: ac per fide That baptismum in filij tui corpus insitos, adoptare di, gnatus es, co in nominis, co in hæreditatis confortiu. Ac ne quid diffideremus tuæ erga nos pietati, ueluti pi gnus quoddam tuæ erga nos charitatis, cœlitus immisi sti in animos nostros spiritum filij tui, qui propulsato timore seruili, non ueretur in cordibus nostris assidue clamare: Abba pater Docuit et hoc nos filius tuus, per quem nobis largiris omnia, ut iam tuo frittu renati, posteaquam in baptismo renunciauimus patri diabo, lo, posteaquam desijmus habere patrem o terris, solu patrem coelestem agnosceremus, cuius potentia condi/ ti sumus, quum nihil essemus: cuius bonitate restituti su mus, quum perissemus: cuius sapientia gubernamur et conservamur, ne revoluamur in exitium. Addidit ille tui compellandi fiduciam:præscripsit precandi sormu lam. Agnosce filij tui precationem: agnosce filij tui spiritum, te pro nobis per nos interpellantem. Non dedi gnaberis ab his appellari pater, quos filius tuus, tui sit millimus, dignatus est appellare fratres. Non est quur nobis placeamus, sed est quur tuam filig; tui benignie

tatems

# PER ERASMVM ROTEROD.

tatem glorificemus, quum nihil bic sibi uindicare post sint nostra merita, sed totu hoc tua gratuita sit libera litatis. Placucrut tibi magis charitatis et pietatis uoca obula, quam timoris: pater audire mauis, q dominus. Re odamari præoptas à filijs, quam à seruis timeri. Amasti oprior, to hoc ipfum tui muneris eft, quod te redama! a mus Audi pater fritum, filios tuos frituales, te in spiritu adorantes Talibus enim adoratoribus delectari te, docuit nos filius tuus, in hoc abs te missus in mun, dum, ut doceret nos omnem ueritatem Audi uota cons cordia. Non enim conuenit, ut inter fratres, quos tua bonitas aquauit in honore gratuito, ambitione, coten, tioe, odio, liuore iter sese dissideat. Oes ex eode patre pedemus, oes eade petimus, Nec sibi gfq; peculiariter rogat aliquid, sed uclut unius corporis membra, eode animata spiritu, qd in comune oibus expediat, postu! lamus. Nec eum auderemus aliud abs te petere, quam qd' iussit filius tuus;nec auderemus aliter petere,quam ille prascripsit. Sic enim petentibus promisit filius tu, us fore, ut quicquid peteremus in ipsius nomine, imper traremus Quoniam autem qui dominus noster lesus SANCTI filius tuus ageret in terris, nihil ardetioribus uotis exo fic etur no ptauit, quam ut nomen fanctum tuum non folum in Iu men tuum. dea, sed puniuers as orbis nationes inclaresceret: nos quoq; huius & hortatu & exemplo flagrantibus defi derijs optamus, ut adorandi nominis tui gloria colum ac terram impleat, ut omnis creatura tremat tuam ince

NOST E

uitabilē

nitabilem potentiam ueneretur eternam tuam fapiens tiam, amet ineffabilem bonitatem, Tus quidem gloria ut immensa,ita nec initium habens,nec finem habitus ra femper flores in sese: neg; crescere potest, neg; de/ crescere: sed humani generis refert, ut illa cunctis inno tescate Nobis enim uita æterna est, nouisse te solum ue, rum deum, o quem misisti, Icsum Christum, Tui nomi nis folendor obscuret or extinguat in nobis omnë hu manam gloria. Ne quisquam sit, qui sibi uel minima aliquam gloriæ portionem ausit usurpare Nam glos ria que est extra te uera est ignominia. Efficit hoc pie tas naturæ in filijs iuxta carnem progenitis, ut ingenti affectu desiderent honestam famam parentum suoru. Videmus quam gestiant gaudio, quam exultet, quam sibi placeant, si contingat aliquis egre, ius honos his unde prognati sunt: puta si triumphus, si statua in fo ro cum honorifica inscriptione, si principatus. Paren tis enim gloriam pro sua ducunt. Rursum quam mœ rent, quam deijeiuntur animo, si quid ignominiæ con tingat inuri nomini paterno. Adeo penitus infi nit hoc canimis hominum natura affectus, ut parentes in filijs, of filij glorientur in parentibus. At nos, quo uehemen tior est pietas divina, quam affectus humanus, hoc ar dentius sitimus tui nominis gloriam, ac discruciamur unice, si, cui soli debetur omnis gloria, ignominia affi ciatur. Non, quod ullo probro possit inquinari tue glo ria fplendor, sed quod ad nos attinet, quodammodo S. Yourin T. L.

# PER ERASMVM ROTEROD.

fit iniuria tuo nomini, qui gentes uel ignorato uel co tepto rerum omnium conditore, uenerantur & adorat contemptissimas ettam creaturas ueluti saxeas aut lie gneas, aut coloribus fucatas imagines, boues, arietes, simias, porrum, cepe, co in his omnibus impuros des mones His uclut dijs canuntur hymni, immolantur ui ctime, incendutur thura, Hec uidentes filij tui, diferus cianur duplici nomine: & quod tu fraudaris debita gloria, er quod illi miseri percunt sua dementia Quin & Iudei non de sinunt in synagogis suis filium tuum unicum abominandis probris afficere. Quicquid aute probri confertur in filium tuum unicu Iesum, qui fples dor est tue glorie, in te confertur Nobis probri loco impingunt gloriosum cognomen filij tui, ignominiosie us ducentes, a pellari Coristianum, quam sure aut hos micidam:nobis exprobrat crucem filij tui,quæ nostra oft gloria. No the tue debemus misericordie, quod te salutis omnis autorem agnoscimus, quod tibi æqualem filium tuum adoramus, quod utriufq; fpiritum baufis mus.Mifereatur er istorum tua clementia pater coeles ftis, ut gentes relicto simulacrorum cultu, te folum uci nerentur: Iudei relicta superstitione legis, spiritu tuo docti, si agnoscunt deum ex quo omnia: agnoscat et dei filium, per quem omnia: agnoscant & spiritu san Etum, diuina natura consortem: in tribus personis ado rent eandem maiestatem, & in simplici essentia agno fant triplicem personarum proprietatem: ut omnis na

tio,

tio, omnis lingua omnis fexus, omnis atas ubiq; cofen tiat in gloriam & laude tui sanctissimi nominis. Vtinam aute er nos, qui filij tui uocamur, apud hos qui te ignorant non simus dehonestamento tuæ gloriæ. Quemadmodum enim gloria patris est filius sapiens, ita filij degeneres ignominiam conciliant parentibus fuis. Non est autem germanus filius, qui pro sua uirili non imitatur ingenium ac mores patris sui Filius tuus Iesus germanissimus est filius: quia perfectissima est imago patris, que totum refert ac representat. Nos qui adoptione, non natura filij sumus, coformantes nos ad exemplu filij tui, pro uiribus accedere conamur ad alis quam tui similitudinem:ut quemadmodum perfectissi: me glorificatus es in filio tuo, ita pro modulo nostræ imbecillitatis glorificeris & in nobis G'orificaris au tem, si mundus conspiciat nos iuxta filij tui doctrina uiuentes, te super omnia diligentes, si proximum perin de ut no sipsos diligimus: diligentes, si bene uolentes q nobis uolunt male:bene facientes, qui nobis male facis unt. Hæc enim nos docuit filius tuus, prouocas ad imi tationem patris cœlestis, qui solem suum iubet oriri su per bonos ac malos Quantu autem dedecus inuebunt gloriæ tuæ,qui quu Christiani uocentur,furatur,mæ! chantur, litigant, belligerantur, ambiunt, ulcifcuntur, fraudant, peierant per adorandum nomen tuum, non! nunquam & blasphemijs incessunt:uentre habent pro deo;te contempto, Mammonæ seruiunt. Nam hominu unlgus 1

#### PER ERASMVM ROTEROD.

unlgus deu ex ipsius cultoribus æstimat. Etenum quu ui dent tui nominis prosessores impie uiuentes, dicut: Va leat ille deus, qui tales habet cultores: ualeat ille domis nus, qui tales habet seruos: ualeat ille pater, qui tales habet filios: ualeat ille rex, qui talem habet populum. Eog; filius tuus nos docuit, ut quemadmodum ipse er uiuens & moriens glorificauit nomen tuum, ita nos quoq; pro nostro modulo astis es inculpatis moribus gloria tui nominis illustremuso Luceat, inquit, lux ues mar :5 fra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona; glorificent patrem uestrum, qui in coelis est In no! bis ò pater cœlestis mhil est lucis, nisi fuerit abs te pros fectum, qui perennis es fons omnis luminis:nec ex nos bis quicquam proficisci potest bonorum operum Itag: tua bonitas in robis ope. etur, tua lux in nobis luceat, quemadmodum lucet in rebus omnibus abs te coditis, eterna tua potentia, inscrutabilis sapientia, inestimabi lis benignitas, qua præcipue tamen erga genus humas num declarare uoluistis Itaq; quocunq; uertimus ocu! los, om. ia carunt nominis tui gloriam. Aetherei spiri tus die noctuq; regem suum laudibus celebrat. La hac tam admiranda coelorum fabrica quam suspicimus, ele mentorum discors cocordia, stati maris acessus ac des ceffus, fontium scatebræ, perennes amnium cursus, tot rerum, tot arborum, herbarum & animantiu fecies, ac singulis quibusq; sua quædam uis insita, ut magnes ferrum attrahat, herbæ morbis præfens remedium ad ? ferant.

latt: 3

erant. Hec, inquam, omnia quid aliud nobis loquum, tur, quam nominis tui gloriam? te folum effe uerum deum, folum eternum, folum immortalem, folum poten tem, folum fapientem, folum bonum, folum mifericors dem folum iustum, solum ueracem, solum admirabile, folum amabilem, folum adorandum Iniuriam fact tuo gloriofo nomini pater, qui ex his titulis, qui tibi foli debentur, quicquam sibi decerpite Nam si quid harum uirtutu in nobis est, id omne abs tua proficifcitur mus nificentia. Da igitur pater, ut undiquaq; glorificetur nomen tuum-Reluceat & in moribus nostris, non mis nus quam in angelis caterisq; rebus abs te conditis, tui nominis gloria:ut quemadmodum qui mundum hunc

contemplantur, ex admirabili opificio colligune opificis magnitudinem ita qui te non no. runt, exemplo nostro comoti, co [u/ am agnoscant turpitudinem. & tuam admirentur be nignitatem: eo hac ra tione conuer si, simul nobiscumglo rificent sanctissimum nomen tuu, acfily tui lesu,

er ab utroq; proficifcentis foi ritus sancti, quibus ex æquo debetur omnis gloria per omnia secula. Amen.

Adueniat



# Adueniat regnum tuum.



ATER coelestis, autor, conditor, coser uator, instaurator, or gubernator omni, Die Lune. um queq; in cœlis sunt, queq; in terris: à quo uno manat omnis autoritas, pote Itas

fas, regnum, imperium, o conditis o non coditis, ui sibilibus pariter or inuisibilibus: cui cœlum thronus est, cui terra scabellum pedum, cui sceptru æterna at 9; immobilis voluntas, cui nulla potentia potest resistere: olim per prophetas tuo spiritu afflatos pollicitus es tuis ad salutem humani generis regnum quoddam spir rituale, quod in te renatos assereret in libertatem, exem ptos à tyrannide diaboli, qui iam pridem regnabat in hoc mundo pecatis obnoxio: or ad hoc regnum affer rendum filium tuum unigenitum è cœlis in terras mits tere dignatus es, qui nos morte sua redeptos, è seruis diaboli, redderet filios dei Nam & Euangelicam do? Etrinam suam, dum in terris esset, solitus est appellare regnum cœlorum: o regnum dei, quod occultum o inter nos abditum ese docuit: optant o illud tui filij, uotisq; ardentibus flagitant: ut hoc regnum quod do, minus noster Iesus cœpit tibi uindicare, indies magis ac magis sese proferat: er quotidie latius propagetur in terris, donec illud tibi plenum & integrum tradat idē filius tuus, subiectis omnibus quos æterna tua uo! luntas huic regno destinarat: sublataq; iam omni res bellione spirituum ac malarum cupiditatum, que nuc quoq; militant aduersus maiestatem tuam, tueq; reipu blicæ tranquillitatem infestant, undig; pacatu ac tran quillu sit regnum tuu. Adhuc enim mundus bic omnis bus machinis oppugnat filios tuos, mortali corpore onustos: adhuc humanæ cupiditates, ueterisq; peccati reliquiæ

#### PER ERASMVM ROTEROD.

reliquia rebellionem moliuntur aduersus spiritum, adt buc noxij spiritus, quos tu è ciuitate tua cœlesti detur basti, è sublimi aëre telis igneis impetunt, quos tu gran tuita tua bonitate ex huius mundi regno selectos, cooi ptasti in regnu tuu filij tui coheredes Da pater omni potens, ut quos tua pictas semel à peccati tyrannide liberatos, tuoq; regno afferiptos ese uoluit, eiusde tuæ pietatis beneficio persistant in libertate sua: neg; quis quam abs te filioq; tuo deficiens, reuoluatur in diaboli tyrannidem Ita fiet, ut & nos feliciter per filiu tuu regnemus in te, or tu ad nominis tui gloriam regnes. in nobis. Tua enim gloria, nostra erit felicitas: co nor ostra felicitas, tua erit benignitas. Docuit nos filius tu! us lesus huius mundi regnum contemnere, quod opir bus, quod sate itio, quoi copijs o armis costat, quod fastu uiolentiaq; geritur, quod crudelitate & paratur o defenditur Nam ille fpiritu coelesti uicit impiu fpi ritum huius mundi principem, innocentia superauit peccatum, mans uetudine uicit ferociam, per summans ignomi. Jam : ecuperauit æternam gloriam, per more tem restituit uitam, per cruce de spiritibus impis egt triumphum Sic mirabiliter bellasti, sic uicisti, sic tri umphas ac regnas pater in filio tuo Iesu, per que nos in huius regni confortium allegisti. S ic regnas ac tri umphas in fanctis martyribus tuis, in castis uirginis bus tuis, in incorruptis confessoribus tuis. Nec enim il li suiribus aut prasidijs uicerunt tyrannorum sae uitiam

uitiam, aut carnis lasciuiam, aut huius mundi malicia am: fed tuus fpiritus, quem illis impertire dignatus es, ad tui nominis gloriam, es ad humani generis salute bacomità copit, prouexit, ac perfecit. Optamus ut in nobis quoq; semper efflorescat regnu tuum, qui tam etsi no ædimus miracula, quoniam tempus aut res no exigit, si non includimur, excruciamur, secamur, urimur, suffigimur in crucem, demergimur in mare, aut decollamur:tamen illustrabitur et in nobis uis ac sole dor tui regni, si mundus conspexerit nos tui spiritus præsidys inuictos aduersus omnes insultus satanæad uersus carne ad ea que sut inimica spiritui solicitate, aduersus mundum omni machinarum genere prouo, cantem, ut deficiamus à fiducia, quam semel in te fixi mus. Quoties amore tui spret buius me ndi regno see quimur promissa regni coelestis, quoties reiecto mam. mona, unicum illud margaritum Euangelicum amplee Etimur: quotics repudiatis omnibus, que iuxta carne ad tepus dulcia uidentur, aterna felicitatis spe,omnia quamuis dura, fortiter perpetimur: quo ies u bement tissimos natura affectus, co ea qua nobis sunt charif sima, ueluti parentes, liberos, uxorem, cognatos amore tui negligimus: quoties comprimentes aftus iracum diæ, pro conuicio sermonem amicum, pro maleficio be neficium tui respectu repedimus:toties debellas in no bis regnum satanæ ac tui regni potentiam aperis. Sic uisum

# PER ERASMVM ROTEROD.

uisum est pater tue sapietie, ut hac graui perpetuag; colluctatione uirtutem tuorum er exerceres er cone ofirmares Auge uires filijs tuis, ut semper è prælio die scedant firmiores, ac paulatim imminutis adversarios ru opibus, tu indies magis ac magis regnes in nobis. Sed nondum tuo iugo pater optime totus mundus cere uicem submisit. Multas nationes adhuc occupat tyran nus ille satanas. Nondum est unum ouile, o unus par stor, quod futurum expectamus, sudeis etia in regnum Euangelicum sese aggregantibus: multis adhuc ignor tum est, quanta libertas sit, quanta dignitas sit, quan ta felicitas, tuo coelefti regno subijci: & ideo malunt esse mancipia diaboli, quam fily tui, coharedes Iefu, consortes regni calestis. Et inter hos quoq; qui nunc intra ecclesia tua momia uersantur, tuiq; regni insi = gne præ se ferunt, heu non paru multi sunt, qui conspi rant cum ad. erfario: regniq; tui gloria, quod in ipfis est dedecorant, ac robur labefactant. Optamus igis tur unice tempus illud, quod tibi soli notum esse uolu isti, quo iuxta filis tui promissum, missi angeli tui pur gabunt aream ecclesia tua, ac sublatis zizanijs puru triticum colligent in horreum ac de regno tuo tollent omnia scandala, qui iam nec erit fames, nec pauperi tas, nec nuditas, nec morbus, nec mers, nec perfequus tor, nec ullum omnino malum, aut mali metus, sed to. tum corpus unigeniti tui simul agglomeratum capiti Suo rege

Juo, regni coefestis felicissimo consortio perfruatur. Qui uero interim diabolo tyranno servire maluerint, cum suo domino supplicijs æternis addicentur. Nimi, rum hoceft regnum Ifraël, quod Iefu Chrifto filio tuo relicturo terras, or ad te redituro discipuli mature re/ Stitui postulabant Reddidisti colum ab omni rebellio ne tranquillum ciecto Lucifero cum sua factione Sic olim resuscitatis in uitam corporibus hominum, separ rabis oues ab hædis: or qui regnum Euangelicum hic pro sua uirili sunt amplexi, ad eterni regni possessio/ nem inuitabuntur quod illis destinarat tua bonitas ano te conditum mundum. Huc diem à filio tuo Iesu pro, missum, optamus pater in coelis habitans ac regnans, filij tui in terris, hoc est, in exilio habitantes grauati hoc domicilio terreni corpor s, o ingenificetes, quod interim obnoxij multis incommodis distrahimur a tuo consortio:unde nobis tum deniq; perfecta felicitas pfi ciscetur, quum aperta iam facic uidebimus rege ac par trem nostrum in decore gloria sua. Hanc fiduda non nobis prebent nostra merita que scimus este alla: sed tua benignitas, que filium totum nobis impendit, que spiritum coelestem uelut arabone huius hereditatis im partite Quod si dederis, ut constanter perseuere mus in filio tuo Iesu, non poteris nos à regni tui consortio ser iungere: cui cum codem filio er spiritu sancto debe! tur omnis honor, decus, o gloria in aterna Jecula. Amen.

Fiat uo

#### PER ERASMVM ROTEROD.



# Fiat uoluntas tua.

A TER altor ac moderator omniu, Die Martis.

quos tuus filius agnoscit statres: as
gnoscit autem quicunq; syncera sis
de nomen ipsius in baptismo prof ssi
sunt, clamant è terris filij tui ad te cœ

3 10

los inhabitantem er ab omni rerum conditarum mu= tabilitate procul semotum: optantes quide uenire in co fortium regni tui coelestis, quod nullo malorum admis xu uitiatum crit:sed intelligunt ad eam tranquillitate non recipiendos, nist qui hic interim pijs studijs medi tantur effe quod illic futuri funtaldem enim regnii eft. eadem ciuitas coelestium ac terrestrium ni si quod hic interim colluctatio grauis est cum carne, cum mundo, cum satana. Et isthic tametsi non est quod cruciet, aut contaminet felicitatem beatorum spirituum, est tamen quod ad consummationem feliatatis de siderctur:nimi, rum ut omnia filij tui membra colligantur in unum, totumq; corpus purum & integrum suo iungatur car pitistag; fict ut neg; Christus ullum suorum membro rum desiderct:nec animæ pior m deside ent sua core pora, que ut in terris habuerant cofortia afflictionu, ita cupiunt in cœlis à gaudiorum confortio non sepa. rari Porrò regni cœlestis concordia bic in terris me, ditantur, qui quandiu uerfantur in mortali corpore, uclut germani & obedientes filij, studert ea Acere, que tua dictat uoluntas, non ad que solicitat cupidir tas:non dijudicantes quare tu hoc aut illud uolueris, sed satis habentes quod ita sit tua uoluntas quen sie bi persuasum habene nihil uelle, nisi quod est optimu. Que sit autem uoluntas tua, ex unigenito filio tuo didicimus.Ille uolitati tuæ fuit obediens ufq; ad more tem, or hanc uocem nobis deprompsit: Pater, si fieri potelt

## OPER ERASMVM ROTEROD.

potest transfer à me poculum hoc : ueruntamen fiat qu' tu uis, non quod ego:ut iam pudeat quemuis homine fuam uoluntatem præferre tuæ. Habet caro uoluntae tem suam squam tenere deamat homo : habet mundus uoluntatem suam, habet satanas uoluntatem suam à tua multum diversam. Caro enim concupiscit adver, fus foiritum, quem nobis impertiftizes mundus folicis tat ad amorem rerum fluxarum: or satanas unit ca, que pertrabunt homines in eternum exitium. Nec fa tis est in baptismo nos esse professos fore dicto audien. tes tuis iuffis, ac renunciaffe imperio satana, nisi per omnem uita constanter id prestemus, quod sumus pro ofessised hoc prastare non possumus, nisi tu uires ade dideris conantibus: ut iam no nostra uoluntas, sed tua pater in nobes operetur, quod tua sapientia iudicauit effe optimu. Qui carni uiuunt, tibi mortui funt, or ia filij tui non, ant Quin or filijs tuis quandiu corpus boc terrenum circuferimus, subinde negocium facessit carnis uolutas, tue praire gestiens. Da ut semper tua uincat uoluntas, siuc mori nos uis, siuc uiuere, siuc af fligi,ut corrigamur: siue subleuari,ut tua benignitati gratias agamus. Satanæ uoluntatem sequuntur, qui sacrificant idolis: qui conuicijs incessunt adorandum filium tuum tesum:qui diffidut illius promissisqui re bellionem parant Euangelio: qui per inuidiam exitite moliuntur proximo:qui per fas,per nefas in hoc mun do properant ditescere: qui sædis uoluptatibus inquis nantur

nanture At tua voluntas est, or corpus or animum ha bere purum er castum ab omnibus inquinamentis hu. ius seculi:tuum, filija; tui honorem anteponere cateris omnibus:nemini irafci,nemini inuidere,nemine uls cifci, sed pro malesactis repedere beneficium: denique famem, exilium, carcerem, cruciatus, mortem perpeti citius, quam à tua sancta voluntate discedere. Hoc ut indies magis ac magis prestare ualeamus, adiuna par ter coelestis, ut indies aro minus relucteur spiritui no Stro, ut spiritus noster magis ac magis unanimis fiat spiritui tuq. Et queadmodu nue multis in locis parent uoluntati tuæ, qui obediunt Euangelio filij tui, ita ide fiat per universum terrarum orbem, ut omnes intellis gant te folum effe rerum omnium monarcham, tuis q diumis legibus uolentes ac lubentes obeniant in terris, quemadmodum in cœlis nullus est, qui tuæ uoluntati repugnet-Nec possumus efficaciter uell quod tu uis, nisi tua diuina uoluntas nos attraxerito lubes ut tuæ more geramus uolutati: neq; enim filioru nomen pro! merebimur, nisi paternis iußis per omnia fuerimus obe osequentes Sed tua pictas, que nos nihil promeritos ad hoc honoris adoptare dignata est, eadem dignabis tur o promptam o constantem largiri uoluntate, ne qua in re diuina uoluntatis tua prascriptum pras tergrediamur: fed mortificata carne nostra tuo spiri, tu agamur ad omnia que pia sunt, grataq; oculis tu, is:ut or tu pater agnosas filios non degeneres, or fi

#### PER ERASMVM ROTEROD.

lius tuus agnoscat fratres germanos, hoc est, uterq; su um in nobis agnoscat beneficium, quibus est comunis cum spiritu sancto gloria in aterna secula A men.



Panem nostrum.

b s off

Die Mer) cury.



ATER noster coelestis, q tua ineffabili benignitate largiter pascis or mnia, quæ mirabiliter condidisti, pr spice on nobis tuis filijs in coelestem familiam selectis, on exte pendentir

bus, spiritualem ac coelestem alimoniam:ut tue uoluta ti seruietes, adolescamus et grandescamus quotidianis uirtutum auctibus, donec iuxta natura nostra modulu perueniamus ad perfectu robur plenitudinis, qua est in Christo Iesu Filij huius mundi quandiu non sunt abdicati, sed parentibus utuntur propicijs, no sunt sor liciti de uictu, nimirum prospiciente ipsis benignitate paterna. Nos autem multo minus folicitos effe conues nit, quos Iesus filius tuus docuit abijcere omnem soli! citudinem crastini:confirmans patrem tam opulentu, tam benignum, tam amantem, cui tantopere cura su mus, non commissurum, ut quum passere dis etiam us gis de uictu prospiciat: qui lilia pratensia tanto deco! re uestiat, nobis ad filioru honore cooptatis uestis des fit aut cibus corporis. Sed illa potius omnibus negle! ctis quærenda, quæ pertinent ad regnu tuu, ciusq; iu/ sticia. Neg enim tibi placet iusticia Phariscoru, que carnalis est, qui tui regni iusticia spiritualis syncera fide constet, or charitate non ficta. Non magnu est tue largitati corpufculu hoc pane frumeticio pafcere qu' etiamsi non pereat fame, tamen morbo, senio, alioue a fu breui sit perituru: sed filis spirituales à patre spirie

## PER ERASMVM ROTEROD.

tuum spiritualem illum ac coelestem panem flagitamus, oper quem uere uiuimus omnes, qui filij tui uere nomis namur Is est sermo tuus omnipotens uitæ largitor & altor quem nobis de coelo mittere dignatus es fame per reuntibus. Non enim explebat animu nostrum panis, philosophoru aut pharisæoru: sed panis ille tuus, que nobis misisti, uită reddidit mortuis: de quo quisquis e. derit, no morietur in eternu Per huc pane reuiximus, per huc alimur ac saginamur, et adolescimus ad pers fectu robur spiritus. Hic nobis quondie traijciendus in aniæ uifæra:nec salutaris est,nisi tu pater quotidie des deris. Corpus unigeniti tui panis est cuius participes funt oes, qui uerfantur in magna domo tua, que est ec clesia. V nus panis est, omniu comunis, queadmodu et nos unu corp 's sumus, costans ex mebris diversis, sed code spiritu uegetatis. Veru hic quaquam ab oibus su. mitur, multis mmen adfert mortem Non enim adfert ui tam, nisi tu dederis quotidie, addes tue gratie coelestis condimentu, ut sumentibus sit salubris veritas est fir clius tuit, or ceritas Euangelica panis est, quem nobis oreliquit in alimoniam spiritualem Et hic panis multis. amarus est, qui animi palatum sebri malarum cupidita tum habent infectum Quod fi tu pater eu porrexeris, suauis crit, refidet afflictos, eriget collapsos, robur ad, det infirmis, eriget pusillos, deniq; or uitam conferet eternam. Quonia aut infirmitas humane nature sem per in deterius prolabitur: quoniam animus quotidie

multis

multis impetitur arictibus: quotidie tuo pane filios confirmes oportet, impares alioqui futuros tot tam ua lidis hostibus, tot assultibus, tot terriculamentis Quis enim ferat effe mundi ludibrium, relegari, protrudi in carcerem, umari, damnari, torqueri, exui facultatibus, spoliari uxore charissima ac dulcissimis liberis:denig crudeli morte perimi, ni si fuerit tuo coelesti pane subin de confirmatus Qui docet Euangelicu sermone, porri git nobis hunc panem: sed frustra porrigit, nisi tu de! deris. Coplures sumunt corpus fily tui: coplures audi! unt sermonem Euangelicu, sed nibilo uegetiores disce dunt, quam uenerant: propterea quod non promeren! tur, ut tu pater illis porrigas muisibiliter. Hunc igitur panem benignissime pater imparti filijs tuis quotidie, donec eo uesci continget in mensa tua celesti, que res gni filios feliciter explebit penni copia ueritatis æter= næ, qua perfrui perfecta felicitas est, nese es de sideriu alterius rei, siue que in cœlis est, siue que in terris. In te enim uno funt omnia, er extra te nibil est, quod sit expetendum, qui cum filio tuo Iefu, cumq; spiritu fan eto uiuis er regnas in omnia fecula, Amen.

Et remitte

#### PER ERASMVM ROTEROD.



# Et remitte nobis.



S T quidem illud tuæ uoluntatis pa Die Iouis. ter coelestis, autor pacis, & amator concordiæ, ut filij tui quos tua bonis tas tot unanimitatis uinculis copula uit, quos eode animas spiritu, eode baptismo

baptismo purgas in cade domo que est ecclesia sodas comunibus ecclesia sacramentis soues, ad eande hare ditatem regni colestis ex equo uocasti, quo sin fire miorestin tua familia uiuane unanimes, neque quicqua dissidis sit inter eiusdem corporis membra, sed mutua charitate copulentur:tamen quoniam adhuc mortale corpus circunferunt, ficri uix potest, quin per imbecil litatem naturæ quædam incidant offensæ, quæ frater, næ concordiæ serenitatem, si no extinguant, certe obs nubilent, extinctura tandem ni tua elementia quotidie condonet, quotidie peauntibus Quoties autem fratres nostros offendimus, offendimus er te pater, qui iussis stigut proximum nostrum non secus diligamus, quam nosipsos sed filius tuus non ignorans imbecillitatem membrorum suorum, or huic .nalo comenstrauit reme dium, in certam spem uocans nos, fore ut tua clemen! tia remittat nobis peauta nostra, si nos u assim ex ani mo condonauerimus, quod frater peccauit in nos Est autem æquissima impetrandæ ueniæ coditio, qua præi scripsit filius tuus Iesus Etenim qua tana m fronte des sprecatur uindictam patris, qui leuem offensam in fra tre suo parat ulcisciso uo tandem ore tibi dicit:remit te iram, quum ipse perseueret irasci proximo? qua fi ducia se iactat membrum filij tui, qui quum immunis esset ab omni delicto, te pro parricidis in cruce depre catus est, ut ignosceres, qui ipse peaatis obnoxius non uult ignoscere fratrisin quem er ipse subinde peaat: ut hic

### PER ERASMVM ROTEROD,

ut hic sit potius mutua ueniæ permutatio, quam igno scentiasIn gratum est oculis tuis sacrificium, quod of fert iræ memor, o concordiæ farciendæ negliges. Ita nos docuit f ilius tuus etiam ad altare relicto munere, properandum ad fraternæ pacis reconciliationem En pater optime, sequimur quod tuus docuit filius: imitas mur quod ille præstitit, si agnoscis à filio præscripta conditionem (nec dubium est quin agnoscas) largire quasumus cuius ille spem certa nobis prabuit Sic ille Joanme nos iussit orare, neque semel confirmauit nos exoras turos, acquid abs te in ipsius nomine peteremus. Prai buit ille petendi fiduciam, tu per illum largire petentie bus ueniam, Agnoscimus imbecillitatem nostram, or hinc intelligimus quò turpitudinis essemus prolapsu= ri,nisi tua cu odia nos arceret à uitijs grauioribus. Et hanc ipsam infirmitatem tua pietas reliquit in no= bis aduersus infolentia periculum, remedium. Quotis die labimur, ut quotidie tuam glorificemus clementis am Da pater ut posimus ex animo condonare fratris bus noftis, concordes inter nos te semper habear mus propicium: of si quid offendimus, sicut offendi, mus frequeter in multis, emendet nos tua paterna cor, rectio nodo ne abdices modo ne exheredes modo ne conifcias in gehennam Semel in baptismo condonasti peanta omnia, non erat isthuc satis tue crea nos pic, tati, quotidianis etiam filiorum tuorum delictis often, disti certum ac paratum remedium. Pro quo tuæ beni, gnitate

gnitati gratias agimus,qui per filium tuum ac spiritu fanctum tantis beneficijs nos dignaris in gloriam san Elissimi tui nomunis perennem. Amen.



will a first the brick at the first selection

## PER ERASMVM ROTEROD.

# Et ne nos inducas in tentationem.



ATER noster cœlos inhabitãs, quan Die Ver quam nihil est quod te propicio uche neris, menter extimescimus, & mutua char ritas nos filios tuos firmiores reddit aduersus omnem malorum incursum:

tamen considerantes humana natura imbecillitatem, er incerti, quos tua bonitas dignos iudicet, ut ipfos in amore tui confirmet usque ad buius uite finem, in qua quandiu uersamur, mille modis solicitamur ad ru ina, non possumus esse securi. Tota hæc uita undig; di aboli laqueis est plena. Nusquam cessat tentator ille, qui non ueritus est er filium tuum Iesum technis suis aggredi. Reputamus quot satana machinis impetitus sit seruus tuus lob Recordamur Saulem prius electu, post reiectum à cospectu tuo Meminimus Dauid, qui dictus erat uir secundu cor tuum, eò turpitudinis pere tractum, ut adulterium homicidio copularet. Videmus Solomo em, cui in principio regni dederas sapientia ultra mortales omneis, eò dementiæ perductum, ut pe regrinis simulacris immolaret. Venit in mentem, quid acciderit apostolorum tuorum principi, qui forte usq; ad mortis societatem animum professus ter dominum fuum abiurauit. Hec atque huiusmodi multa cum cor sideramus, non possumus non horrescere tentationis periculum, Atque in hoc metu nos tua paterna pietas

#### OPRECATIO DO. PER ERAS. RO.

effe perpetuo voluit, ne dormitantes & oscitantes in/ ciperemus nostris præsidijs fidere:sed ingiter aducr= fus tentatoris a gultus, sobrietate, uigilantia, precatit one nos muniremus, ut nec hostem prouocaremus, me, mores imbecillitatis uirium nostrarum, o tame aduer sus ingruentem tentationis proællam infractis animus consistamus, tuo freti prasidio, sine quo nibil possu, mus. Pateris tu quidem nonnunquam incidere tenta! tiones, ucl ut explores, spectatamá; reddas tuorum to Ierantiam, quemadmodum tentatus est 10b & Abras ham:uel ut huiusmodi flagellis castiges & emendes delicta nostra: sed quoties id pateris, rogamus, ut ide tentationis facias felicem exitum, ac uires impartias ponderi malorum irruentium pareso Ingens periculu est, quoties intetatur bonoru i direptic exilium, prot bra, carcer, uincula, diri cruciato corporu, mortes hor rendæ. Sed non minus discriminis est à prosperitate blandiente, quam ab aduersis terrorem ingerentibus. Cadunt à dextris pariter ac sinistris innumeri. Alif metu poenarum territi sacrificat demo issa j fracti malis, blasphemijs afficiunt adoradum nomen tuum. Rursus alij uenenato poculo felicitatis mundanæ ine briati, spretis tuis dotibus, revolutur in volu atione cœni prioris:uelut Euangelicus ille filius, qui proda= Eta cum scortis omni paterna substantia, eò miseriæ perductus est, ut porcis etiam suas siliquas inuideret.

#### PER ERASMYM ROTEROD.

Scimus aduerfarium nihil in nos posse, nisi tu permit feris Proinde non recufamus obijci quibuscung; peri culis, modo tua clementia, o aduerfarij infultum, o nostras uires modereris Sic enim fiet ut etia siquane odo fuerimus inferiores in congressu, tamé hoc stua sapientia uertat in bonum nostrum. Sic uicit filius tuus semper ado. randus satanam, sic carne, sic mundum, ut qui maxime uide retur ob pressum, pharet maxime Aono bis ille pugnauit, nobis uicit, nobis riumpha it Vincamus co nos illius exeplo, tuo prasidio per spiritum fanctum ab uroq; prodeunte in omniafecula. Amen. c 2 Sed libera



#### PER ERASMVM ROTEROD.

# Sed libera nos à malo.



ATER omnipotens, tua gratuita Die Sab benignitas nos semel à peaatis exp piatos, ab impurissimo patre diabo lo liberauit per lesum Christum fi lium tuum, er in honorem nominis

ac hæreditatis adoptauit: sed ita, ut quadiu uersamur in terris perpetua lucta sit cum hoste, nihil non molis enet ,ut nos quibus inuidet tuum beneficium, in fuum ius retrahat. Horrescimus animo, quoties recordamur qu'im fædum patrem habuerimus, quum effemus man ocipia peccati, quam infelici hereditati fuerimus desti nati quam immiti feruierimus domino Nec ignora= mus illius obf inatam maliciam, no folum uiribus, fed mille etiam artibus ac dolis instructam in nostra pere niciem. Nuncuam dormit, nunqua ceffat, sed semper obambulat, ueluti leo fame rugiens, captas, quaritas, ac uenans quem deuoret. Nimirum tui pater est diffis millimus. Tu mim natura bonus ac beneficus, oue cre raticam reportas ad ouile, morbidam sanas, extincta ad uitam reuocas, inimicos etiam tuos blasphemos in Sanctum nomen tuu, amore tuo prauenis, or ad salute eternă inuitas. Ile odio infatiabili crga nos, à quibus nunqua læsus est, nihil aliud molitur, quam ut quam plurimos secum in exitium pertrahat Insignis cuius dam maliciæ est, gratis nulloq; suo comodo uelle per/

#### PRECATIO DO. PER ERAS. ROT.

dere, à quo quis non est iniuria lacessitus. At hic suo etiant malo imminet in malum coru, quos tu in tutela tuam seuocasti. Non tu illum talem codideras, sed eò malicie delapsus est, posteaquam sibi places, tue mas iestati subiectus esse noluite Proinde Stimulatus inui, dia primos nostri generis parentes arte circuuentos pellexit in mortem, inuidens illis paradifi uoluptates, qui ipfe sese cœli gaudijs spoliasset Nunc etia acrio, ribus inuidiæ stimulis uritur, quod paradiso exclusos subuehis in cœlum: quod morti destinatos per fiducia in tesum filium tuum ad beatam immortalitatem ine uitas: quod ipsius etiam maliciam uertis in cumulum tuæ gloriæ, nostræ salutis Proinde quanqua ille mul, o tis merito formidabilis est tamen consolatur nos eua abonitas: quæ plus potest ad sautem, quam universa il clius malicia ad perniciem. Agnoscimus nostram ime becillitatem, sed non expanescimus hostis incursum, siue uiuimus, siue morimur, quandiu te merebimur habere protectorem. Non metuimus exitiu ab illo ma Amen. lo,quandiu cotinget adharere bono, Hasuota' filio, ru tuoru pater æterne si pia sunt, si iuxta forma à fis lio tuo Iesu præscriptā concepta, certa nos habet sidu ciastuam bonitatem præstaturam quod petimus.

> DOMINICAE PRECATION ouis finis.







